hisdem moratur inpartib: circũire uiderimus. Quia uidelicet
multo inferior non solum sole, sed & uenere ac mercurio quae ui
fimae stellarum sunt. luna inconfinio aeris huius turbulenti &
puri decurrit atheris. Denique multi philosophorũ solem abeẽ
a luna. unde uiginti partes quantas lunam ipsam a terra prodide
runt. Pythagoras uero uir sagacis animi. a terra ad lunam. cxx.
vi. milia stadiorum eẽ collegit. Ad solem abea duplum, inde ad xii.
signa triplicatum. Sed merito quaerere ac mirari solli citus quis
q; potest. quare luna in solstitiali circulo decurrens. tanto altior
aestiuo sole currere. q̃ tanto breuiores uideatur facere umbras.
Unde paucis intimandum est. quod hunc lunae progressum ultra
solem in utraque caeli plaga & australi uidelicet & septentrionali
signifer signat latitudo. Porro in australi ipsa quoque lunae
eiusdem deiectio iuuat; Siquidem signifer idem trecentas qui
dem. Lxv. partibus. & quadrante per caeli ambitum longus. sed
duodecim est partibus latus. Harum duas tantum medias sol.
luna omnes peruagare consueuit. Quae cum australes illius de
uenit in locos. aliquanto humilior hiberno sole apparet. Non solũ
quia uicinior est terrae. sed etiam quia. v. fere partibus aliquoti
ens. siue etiam sex. solaris cursus terminos in meridiem transit.
& quanto amplius interiora austri penetrat. tanto deiectior
nostris qui eam ab aquilone speculamur pareti obtutibus. Atcũ
solstitiali graditur in circulo. aliquanto saepe elatior sole uidet
aestiuo. Quia cum propinquior sit terrae quam sol. quinq; etiam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_msphillipps1869/0102